

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio III. in Jobi c. XXVII. 6.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9)

lit, (2.) quid quod cognati Abitophelis hanc *αὐτοχειρίαν* simulaverint, juxta *Josephum*, *Antiqu. Jud. L. VII. c. IX.* in intimis ædium cancellis patratam. Obiter noto, si esset evictum, Judam in agro suo esse sepultum, haberes & hic parallelismum. Dicis (3.) esse conjugationem Niphal, *strangulatus est*. R. est hoc verbum ex illorum grege, quæ in Niphal reciprocam habent significationem v. g. נשמר *sibi capit*, נמכר *sefe vendidit*. Hæ sunt rationes pro angina, morbo ex Judæorum mente inter *nonaginta tria* morborum genera, gravissimo, & in mundum propter *decimas*, usuras, vel *linguam maledicam* introducto, esulentium curando. Nos omne præsidium ponimus in textus rei que circumstantiis, (1.) finge tibi hominem perditissimum, ingenti beneficiorum cumulo ab aliquo adfectum, consiliarium Regis, perfidum, tot tantorumque scelerum, quibus Absalom se inquinarat, autorem, Davidis miseriæ causam; En vertuntur omnia! Amor Absolomi in odium, benevolentia in furorem, consilia contemnuntur, Davidi pristina adspirat fortuna, oritur inde metus vindictæ, stimuli conscientiæ ultimum desperationi addunt calcare. Nil superest, quam ut laqueo mortem inferat sibi, qui non amplius dignus erat, ut spiritum de cælo duceret. (2.) Pondera textus flumen: En quam præceps in mortem ruat? sternit asinum, domum tendit, illi præcipit, strangulatur, moritur, Quis ibi de longo morbo cogitaret, nisi præjudicio cæcus! Sic pœna scelus persequitur, & nemine vindice. Sic consilia consultatori pessima, hic illorum est exitus, qui ex cineribus aliorum sibi regnum, ex naufragii tabulis, domum comparare, prudentiæ esse putant, ac per aliorum incommoda, non sua virtute in altiore locum pervenire, allaborant, verbo: sceleratam vitam mors misera finit.

Observatio III. in Jobi c. XXVII. 6.

CUM conscientiæ maxima vis sit in utramque partem, cum sit plane admirandum tribunal, aliorum omnium judiciorum genium transcendens, illi ut consulas, ratio jubet. Uti conscientia recti, famæ mendacia ridet, ita ex mente *Menandri* ὁ συνιστοῦν αὐτῶ τὴ καὶ ἢ θρασύτατα ἢ συνέσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ. *Auda-*

Audacissimum facit timidissimum. Est illa mille testes, virtutum nostrarum ac innocentiae trutinatrix, vitiorum infectatrix & carnifex, qua iudice nemo nocens absolvitur, probus vitam degit beatam. Est ex mente *Drexellii*, libro *de Conscientia* L. I §. XI. p. 30. *Antigraphus* accuratissimus, nihil dissimulans, fideliter notans, monens, vellicans, non solum obijciens, quæ male commissa, sed & negligenter omissa. Est iudex, testis, reus, actor, patronus, advocatus, coram hoc tribunali omnes comparere necesse est, immediate Deo subest, jusque extremæ provocationis habet. Ita ergo vivendum, juxta *Senecam* libro *de moribus*, *tanquam in conspectu vivamus, sic cogitandum, tanquam aliquis pectus infimum prospicere possit.* Solus, juxta *Socratem*, *tranquille vivit, qui nullius absurditatis sibi conscius, solusque eloquentissimus, juxta Sophoclem.* Instar omnium sit tibi *Jobus*, qui coram omnes hostes, qui stigma hypocrisis pietati non fucatae inurere conabantur, ex conscientia bonæ sensu triumphantis more de bona causa, pronunciat: *בצוקתי החוקתי ולא ארפרה* Male Vulgata pro more, transtulit: *Justificationem meam, quam capi tenere, non deferam.* Melius *Targum, Syrus, & Arabs*, cum fonte conspirant. Non est, ut h. l. de conscientia, ejus derivatione, qua duos unius facti conscios, supponit intellectum finitum & infinitum; nec de ejus definitione, qua nil nisi iudicium est, de nostrarum actionum, vel bonitate, vel pravitate, syllogismus practicus, nec de ejus divisione, qua vel certa, vel incerta, probabilis dubia, erronea, firma, infirma, scrupulosa, tenera, vel cauterio notata, quæ omnia cuilibet nota sunt. Id nota, per *לב* h. l. intelligi *illam*, non autem cor corporale, fontem vitæ naturalis, sanguinem per universum corpus derivantem conf. Gen. XX. 6. Coh. VII. 23. cui in N. T. vox *καρδιάς* respondet, 1. Joh. III. 19. 21. Psalm. LI. 12. coll. Ebr. IX. 14. adhibent etiam Ebræi vocem *מרע* in eodem sensu. Coh. X. 20. Syrus adhibet in N. T. ad vocem *συνειδήσεως* exprimendam, vocem *Tirro*, quam ex Ebræo *תמר* forma derivant multi, addita ratione deductionis, quod *conscientia sit veluti forma mentibus impressa*, Rom. II. 15. 1. Tim. I. 5. 1. Cor. X. 29. 1. Pet. III. 21. En obiter usum lingvæ Syriacæ. conf. differentem docte Virum Excell. Jo. Henr. *Lyfsum*, de usu ejusdem. *Arabs* exprimit vocem *συνειδήσεως* per *Nijaton*, quam *Goliux Lex. Ar.* p. 2490. expli-

explicat per *intentionem, animi propositum*. conf. Rom. II. 15. i. Cor. X. 29. Ebr. IX. 14. Eadem versio & habet vocem *Tamiron*, 2. Cor. I. 12. quod *conceptum mentis* seu *arcanum* significat; h. l. habet *Kalbon* i. e. Cor. Recte 70. & σύννοια ἐμαυτῶ Videamus quid porro dicat Jobus? *in iustitia*, inquit, *tenebo*, intelligit per istam, pietatem in Deum & alios. In hac *tenebo*, & tenui & teneo; vox קח cum כ constructum significat, *firmiter & cum vi tenuit*. Exod. IX. 2. Prov. VII. 13. 2. Reg. IV. 8. *Targum* exprimit per חקק idem significans. Absit, ut Jobus se omnis prorsus labis expertem ac ἀμωμον habeat, fatetur potius παραπτώματα c. XIII. 26. XIV. 3. 4. id vult, se non esse hypocritam, sed iustum i. e. rechtlich / c. l. 8. II. 3. Addit לבני מימי יחרף לא miranda est Rabbiorum cæcitas, vocem חרף mox per *pueriliter agere*, mox aliter vertentes, cum sit planissima, significans *probro adfecit*, quare & bene *Syrus*, cum *Chald.* adhibent vocem חסר. Notandus etiam *Coccejus*, cui חרף h. l. est *convitiari, blasphemare DEum*, ut sit sensus: *Cor meum non faciet blasphemiam*. Nos cum *Schmidio* in h. l. p. 1062. id adhuc quarimus, cum probro adficere sit activum, quid sit illud, quod cor Jobi non sit adfecturum probro? Resp. quod si cum *R. Sch. Jarchi* suppleas מותי me, vel cum *Schmidio* ad *iustitiam* referas, ita: non probro afficiet cor meum, illam, sensus planus est. En Jobi confidentiam! imitare illum, famæ vis consulere, conscientiam tuere, cave judices, incautus, præceps, velox, cave, criminis aliquem reum facias sine ratione; ne judices κατ' ὄψιν, præiudiciis, adfectibusque abreptus, ne cum fucis virtutum, antabatarum more certes, γνώσεσθε αὐτὸν, (a) vitiorum tuorum sis censor rigidissimus! Judicaris sine ratione, lætare! ita vive, ac si in domo esses, quæ omnibus ex partibus, oculis omnibus patet, verbo, in Omnipræsencia illius, cujus notitiam nulla res effugit. Optime *Epictetus* *diff. L. I. c. 14.* inquit, ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότῃ ἐνδὸν ποιήσητε, μέμνηθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνοι ἔστε, & γὰρ ἔστι, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐνδὸν ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμετέτερον δαίμων ἐστὶ. Καὶ τίς τούτοις χρεῖα φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τι ποιεῖτε. Ubi fores clauseritis, tenebrasque vobis intra feceritis, nolite dicere, vos esse jam solos, neque enim estis, sed & DEus intus est, & genius vester intus est; quid autem lumine opus est istis, quo perspiciant ea,

B

que

(a) Est enim proprium Stultitiæ aliorum cernere vitia oblivisci suorum.